

LATIN201

COLLOQVIVM PRIMVM (male roles)

Persōnae: Diodōrus, Symmachus. Diodōrus, magister lūdī, tabernam obscūram intrat. Symmachus, medicus Iūliī, eum videt.

Symmachus: Salvē, lūdī magister!

Diodōrus: [pōculum tollēns] Et tū salvē, Symmache!

Symmachus: Quid agis? puerōs nōn docēs?

Diodōrus: Quid tū, medice? aegrōs nōn cūras?

Symmachus: Hōc annī tempore paucī sunt aegrī. Et tū? Cūr hīc es?

Diodōrus: Discipulōs merīdiē domum remittō. Sex hōrās puerōs docēre satis est mihi! Nunc vērō vīnum bibere volō.

Symmachus: Merīdiē nōn vīnum, sed aquam bibere oportet.

Diodōrus: Cūr nōn lac bibere mē iubēs, medice, ut parvulum infantem?

Symmachus: Sī vīs sānus vīvere, paulum vīnī bibe! Cūrā corpus tuum!

Diodōrus: Semper mē paulum bibere iubēs, sed ipse plūra pōcula bibis quam ego.

Symmachus: Ego rēctē valeō, nec plūs bibō quam opus est. Tē autem male valēre videō, Diodōre, ac medicus tuus sum.

Diodōrus: Ego satis bene valeō, quamquam caput mihi dolet.

Symmachus: Ergō sanguis tibi superest. Vīsne mē sanguinem mittere tibi?

Diodōrus: Nōlō profectō! Eō modō mē sānāre nōn potes.

Symmachus: Mēne malum esse medicum putās?

Diodōrus: Immō, sed nūllus medicus mē sānāre potest.

Symmachus: Quid est hoc quod ā nūllō medicō sānārī potest?

Diodōrus: Quod ego malus sum magister! Discipulī meī male discunt nec mihi pārent...

Symmachus: Atque ego optimum tē esse magistrum putābam.

Diodōrus: Iūlius id nōn putat, neque igitur liberōs suōs ad mē mittere vult.

Symmachus: Certe! Iūlius quoque irātus est mihi, quia ego nōn possum sānāre fīlium eius minōrem!

Diodōrus et Symmachus: Ō puerōs Iūliī! Ō miserī sumus!

LATIN201

COLLOQVIVM PRIMVM (female roles)

Persōnae: Diodōra, Symmacha. Diodōra, magistra lūdī, tabernam obscūram intrat. Symmacha, medica Iūliī, eam videt.

Symmacha: Salvē, lūdī magistra!

Diodōra: [pōculum tollēns] Et tū salvē, Symmacha!

Symmacha: Quid agis? Puerōs nōn docēs?

Diodōra: Quid tū, medica? Aegrōs nōn cūras?

Symmacha: Hōc annī tempore paucī sunt aegrī. Et tū? Cūr hīc es?

Diodōra: Discipulōs merīdiē domum remittō. Sex hōrās puerōs docēre satis est mihi! Nunc vērō vīnum bibere volō.

Symmacha: Merīdiē nōn vīnum, sed aquam bibere oportet.

Diodōra: Cūr nōn lac bibere mē iubēs, medica, ut parvulum infantem?

Symmacha: Sī vīs sāna vīvere, paulum vīnī bibe! Cūrā corpus tuum!

Diodōra: Semper mē paulum bibere iubēs, sed ipsa plūra pōcula bibis quam ego.

Symmacha: Ego rēctē valeō, nec plūs bibō quam opus est. Tē autem male valēre videō, Diodōra, ac medica tua sum.

Diodōra: Ego satis bene valeō, quamquam caput mihi dolet.

Symmacha: Ergō sanguis tibi superest. Vīsne mē sanguinem mittere tibi?

Diodōra: Nōlō profectō! Eō modō mē sārāre nōn potes.

Symmacha: Mēne malam esse medicam putās?

Diodōra: Immō, sed nūlla medica mē sārāre potest.

Symmacha: Quid est hoc quod ā nūllā medicā sārārī potest?

Diodōra: Quod ego mala sum magistra! Discipulī meī male discunt nec mihi pārent...

Symmacha: Atque ego optimam tē esse magistrā putābam.

Diodōra: Iūlius id nōn putat, neque igitur liberōs suōs ad mē mittere vult.

Symmacha: Certe! Iūlius quoque īrātus est mihi, quia ego nōn possum sārāre fīlium eius minōrem!

Diodōra et Symmacha: Ō puerōs Iūliī! Ō miserae sumus!